

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius SS.
Theol. D. P.P. & Superint. Ad Exequias, Quas Filiolae ... Dorotheae Margarethae
Lindemanns, Parentes Moestissimi Hodie ... paratas cupiunt, Omnes omnium
ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus II.
Ian. Anno M. DC. LVII.]**

Rostochii: Kilius, 1656 [erschienen] 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771921381>

Druck Freier  Zugang



Mavritius, C.

in

D. M. Lindemann.

Rostock. 1656.

21




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771921381/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771921381/phys_0002)

DFG





1552.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAVRITIUS
SS. Theol. D. P. P. & Superint.

Ad Exequias,

Quas

Filiola mellitissima piissimæq;

DOROTHEÆ MAR-
GARETHÆ LINDEMANNS,
PARENTES MOESTISSIMI

*Hodie hora prima in templo Petrino
paratas cupiunt,*

Quænes omnium ordinum Cives Academi-
cos sedulo & officiosè invitat.



• 6 (o) 8 •



ROSTOCHII, Typis Haredum NICOLAI KILI
Acad. Typogr. Anno 1656.



ADSIT JESULUS!



Es bringt das rechte Jubel-
Jahr! in Veteri Testamen-
to anni Jubilæilex hæc erat:
Numerabis tibi septem hebdoma-
das annorum, id est, septies/se-
ptem; quæ simul faciunt annos
quadraginta novem: Et clanges
buccina mense septimo, decima die mensis propitiati-
onis tempore in universa terra vestra. Sanctificabisq;
annum quinquagesimum Et vocabis remissionem
cunctis habitatoribus terræ tua: EST ENIM
JUBILEUS. Revertetur homo ad possessionem
suam, Et unusquisq; redibit ad familiam suam,
quia Jubilans est Et quinquagesimus annus. Du-
bitant qvidam de anni jubilei tempore accu-
rato, putantq; non quingvagesimum, sed qua-
dragesimum nonum huic festivitati sacratum
esse. At hos refutant cum alia, de qvibus vi-
deatur Cornel. à Lap. tum ipsa textus inspectio.
Expresse enim definitur annus quinqvagesimus.
Majus moveretur dubium circa originem vocis
Jubi-

Jubileus. Andreas Masius in caput. VI. Iosuæ deducit Jobel sine Jubileus à Iubal primo inventore organorum, de quo Gen. IV. Alii ab Arab. יובל qvodarietem significat, derivationem petendam esse censem. Sed hoc Masius rejicit, qvoniā prorsus in habile est cornu arietinum ad tubam inde parandam, qvippè totum solidum non cavum, ut inflatum recipere possit. Avenarius lingvæ sanctæ peritissimus arbitratur יובל esse sonum qvendam cornu profluente & productiore tubæ clangorem. De quo videatur CL. Fullerus in Miscell. sacr. lib. 4. cap. 8. Certius & melius, inquit Corn à Lap. deducitur à יובל qvod est ad terre cum gaudio &c. Sic & Joseph. lib 3. Antiq. cap. 10. Vox, inquit, Jobel significat libertatem, id est, reductionem ad libertatem. Nempe unumqvodque (Fulleri hæc sunt verba) accommodatissimè à fine suo proprio denominatur. Hinc igitur peritissimè judicarunt septuaginta quinquagesimum annum nomen mutuatum, ut Jobel diceretur. יובל enim valet discere, deducere aut etiam reducere ferem. XXXI. 9. Eccl. Igitur si שנה verbū וְיַבֵּל reddere libet, recte interpretabimur נִמְצָא אֲרַבָּאָהָן Annum reductionis. Eccl. Itaq; non inepte ex Philone Jobel exponet iam poterit à monachis id est restitutio, qvod anno quinquagesimo res & persone apud Iudaos

univerla in loca pristina restituuerentur sive reponerentur. Hoc idem ipsis Sacri contextus verbis perspicue demonstratur. Jubileus ille erit vobis, ut revertatur quisq; ad possessionem suam & quisque ad familiam suam redatis. Doctissime igitur, quod sensum attinet, interpretati sunt septuaginta & et ceteris apoteoseo. Neq; minus in Veteri Lexico Graeco-Latino Annus emancipationis. Tunc enim remissa Ebrais debita: emancipati item servi fundiq; Hinamque ad antiquos Dominos denuo possidendi redibant: illi autem ergo, id est pristini sui juris & potestatis fiebant. Hac ergo apoteoseo nihil est aliud quam iuramentilla, quae reduces esse diximus personas atque res: nimisrum a loco alieno in sedes proprias; a nexu extacco ad statum integrum, a servitute ad libertatem reductas atque restitutas. Hac Fullerus. Nempe quatuor erant privilegia anni Iubilæi: Remissio omnium debitorum, recuperatio libertatis servorum, qui heris se vendiderant, redditus uniuscujusq; ad possessionem suam, denique communio omnium, quæ sponte nascebantur. Quis hic non miretur expressam vitæ æternæ & beatæ mortis, quæ ad hanc ducit, imaginem? Beata mors annus verè Iubilæus est, quo omnium debito dominioque peccatorum perfectè liberamur, servitutem exuimus & restituimur duraturæ libertati, domum cœlestem, ex cuius possessione-

sessione per peccatum eramus exclusi, recuperan-
tius, deniq; ab omnibus æruminis & labori-
bus hujus vitæ securi qviescimus. Hæc est illa
æratuſ, hæc illa amaranthes, qvam auditoribus suis
tanquam incentivum pietatis proponit Petrus
Act. III. 19, 21. Hujus vitæ molestias cum æstu-
sis caniculæ diebus Petrus comparat, vitam au-
tem æternam cum jucundissimo dulcissimoq;
vere. Mercenarios videmus, postqvam totius
diei æstum tulerunt, summa cupiditate refrige-
ria & refocillationes reparationsq; virium ar-
tritatum sectari. Noltra piorum vita merce-
narii instar habet. Impii omnium exsortes cura-
rum molestiarumq; vitam hic svavissimam
omniq; voluptatum genere refertissimam vi-
vunt. In lætitia consumunt dies suos & in mo-
mento ad infernum descendunt, ubi meræ ca-
niculæ, imo rabidissimi canes, procellæ, fulgu-
ra, tonitrua, stagnum ardens & perpetuo fu-
migans, ignis flammans sine refrigerii gutta. At
pios, qvi hic labores ærumnasq; patienter in fi-
delesuli perterunt, manent tempora refrigerii
& restitutionis omnium. In Adamo omnia, quæ
qidem nos Deo placentes reddere poterant,
amisimus. Cæterum à Christo est amaranthes misericordia.
Restituit nobis ILLE gratiam DEI, iustitiam, san-
ctitatem, sapientiam, vitam, libertatem. Et re-
stituit

stituit quidem modo infinities meliori. Id tunc
deum plenè patet, ubi mors erit absorpta in
victoriam. Tunc parentes liberis, liberi parenti-
bus, mariti uxoribus, uxores maritis, amici ami-
cis, pii piis, credentes credentibus redonabun-
tur restituenturq; ut nulla gaudium tristitia,
nullavitam mors in æternum abrumpere possit.
Hic Jubilæos agimus homines, sed tales, quorum
plerumq; comites & velut pedissequæ ejusciuntur,
ex tñ à mortuis natus mñjor perpetui Jubilæi erunt: exula-
bunt in æternum ejuslæi. Beatae animæ, quæ o-
mni profligato luctu, superatis feliciter omnibus
ejuslæis æternos Jubilæos in cœlis celebrant! Iстis
meditationibus nobis nunc erigendus est Vic Re-
verendus & clarissimus, Dn. JOACHIMUS
LINDEMANNUS, Ecclesiastes Petrinus vigilan-
tissimus, Collega & in Christo Frater pl. colendus,
unà cum svavissima Conjuge EVA Goldsteing/
fœmina letissima suiq; sexus ornamento, & fir-
mandus animus est in cristi & acerbo filiolæ dul-
cissimæ DOROTHEÆ MARGARETÆ obitu
Nata ea est Anno M. DC. LIII. XXX. Octobr.
inter tertiam & quartam matutinam. Parentes,
suere, quos diximus. Avum Paternum habuit
Virum Amplissimum, Consultissimum, Excel-
lentissimum Dn. THOMAM LINDEMAN-
NUM J. U. D. & Prof. celeberrimum, deq; hac
Aca-

Academia meritissimum : Aviam Paternam
ELISABETHAM Hanen/ fœminam primariam.
Avus Maternus ei fuit Vir pl. Reverendus & Cla-
rissimus Dn. JOHANNES Goldstein/ Ecclesiæ ad
D. Nicolai per multos annos Pastor quondam
fidelissimus, & Ministerii Rostochiensis Superin-
tendens longè gravissimus ; Avia materna fœmi-
na laudatissima DOROTHEA ALWARDES, jam
Viri Reverendi & Clarissimi Dn. M. REMBERTI
Sandthagen/ Ecclesiastæ Nicolaitani fidelissimi,
Collegæ & in Christo Fratris pl. colendi Conjux
dilectissima. His Parentibus & Majoribus orta
& per baptismum renata, non obscura nec rara
pro tenerima ætate singularis virtutis specimi-
na edidit, in primis vero Pietatis, precibus &
cautionibus sacris maximè delectata. Unde sa-
etum, ut non tantum Parentibus dilectissimis,
verum etiam omnibus, quibus innotuit, amata
extiterit. Sed mage tamen amata Deo, qui piis-
simam animulam sic undiq; turbatis mortalium
rebus, atq; imminentibus sævissimarum calamiti-
tatum tempestatibus clementer eripuit. Cujus ut
vitæ necisq; arbitri sic disponente sanctissima
Voluntate Anni elapsi M. DC. LVI. XIX. De-
cemb. communihodie dulciculorum liberorum
peste Variolis correpta, frustra tentata CLmo-
rum Medicorum Dn. D. JOHANNIS BAC-
MEI.

MEISTERUS P. P. & Reip. Urb. Physici meri-
tissimi, atq; Dn. D. CASPARI MARCHII Prof.
Publ. longè celeberrimi solerti & assidua cura
XXIX. Decemb. inter septimam & octavam ve-
spelinam viventium cœtui interesse desiit. Cœ-
terum cum hodie horal. in templo Petrinô bea-
tulæ nostræ funus futurum sit, per amanter & of-
ficiose rogamus & monemus Cives omnium
ordinum Academicos, ut mœstissimis Parenti-
bus totiq; honoratissimæ familiæ honorem &
benevolentiam exhibere & tempore locoq;,
quem diximus, ad funeris deductionē frequen-
tes convenire haud graventur, & ID AGANT, ut
sibi instar totius vitæ sit Dies nec tan-
quam ultimum rapiant, sed sic aspici-
ant, tanquam esse vel ultimus possit,
& eo animo hoc programma legant, tanquam
cum maximè legentes morsevo-
catura sit.

P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus
II. Jan. ANNO M. DC. LVII.

Conventus sicut in æde Petrina,

• 35(0)56 •




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771921381/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771921381/phys_0014)

DFG



Academia meritissimum :
ELISABETHAM Hanen/ fœ
Avus Maternus ei fuit Vir pl. I
rissimus Dn. JOHANNES G
D. Nicolai per multos annos
fidelissimus, & Ministerii Ro
tendens longè gravissimus :
na laudatissima DOROTHEA
Viri Reverendi & Clarissimi
Sandthagen/ Ecclesiastæ Nic
Collegæ & in Christo Fratris
dilectissima. His Parentibus
& per baptismum renata, ne
pro tenerima ætate singula
na edidit, in primis vero Pi
canticionibus sacris maximè e
stum, ut non tantum Parentes
verum etiam omnibus, quib
extiterit. Sed mage tamen a
simam animulam sic undique
rebus, atq; imminentibus &
tatum tempestatibus clemen
vitæ necisq; arbitri sic disp
Voluntate Anni elapsi M. I
cemb. communihodie dulci
peste Variolis correpta, fru
rum Medicorum Dn. D.



Paternam
imariam.
us & Cla
cclesia ad
quondam
Superin
erna fœmi
DES, jam
MBERTI
delissimi,
i Conjux
ibus orta
nec rara
specimi
ecibus &
Unde sa
ctissimis,
lit, amata
, qui piis
ortalium
n calami
. Cujus ut
nctissima
XIX. De
berorum
a CLmo
HIS BAC
MEI.

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032

Inch 0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 7100 7110 7120 7130 7140 7150 7160 7170 7180 7190 7100 7110 7120 7130 7140 7150 7160 7170 7180 7190

the scale towards document